



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 104. Epistola Sultani Ægypti ad Regem Daniæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

**Secul. XV.**  
A.C. 1444

§. CIII.

*Suffolciæ comes nomine Regis Anglia  
Filiæ Regis Siciliæ despon-  
satus.*

**E**adem tempestate Suffolciæ Comes Nan-  
cæum venit, nomine Regis Angliæ  
Margaritam Regis Siciliæ Filiam despon-  
faturus, quod connubium in Turonensi  
conventu prius pactum ingenti jam pom-  
pa celebratum fuerat.

§. CIV.

*Epistola Sultani Ægypti ad Regem  
Daniæ.*

**Spond. ad**  
**an. 1444. n. 24**

**I**saccus Pontanus in sua Historia rerum  
Danicarum refert, Christophoro Daniæ  
Regi a Sultano Ægypti seu Babyloniae  
Filiam fuisse in conjugem oblatam, datis  
hac super re literis, quæ ingenti titulo-  
rum, ac laudum copia, qua hanc Princi-  
pissam celebrabat, confertæ erant. Me-  
minit Sultanus se Regi misisse munera,  
nimirum vas aureum puro balsamo ple-  
num; Inter alia hæc scribit: *Miramur,*  
*& quod obedis magno Sacerdoti Roma-*  
*norum, cum etiam Dii nostri tibi prospe-*  
*ritates faveant. Eapropter scias in brevi*  
*nos te visitare. Datum Babylone super*  
*Nilum &c.* Hanc epistolam fuisse confi-  
ctam,

etiam, tot produnt indicia, ut merito ejus <sup>Sæcul. XV.</sup>  
fides in dubium vocari queat, præcipue, <sup>A. C. 1444.</sup>  
cum omnes Historici alto silentio obla-  
tas hasce Sultani nuptias prætereant, &  
unanimi voce testentur, quod Christo-  
phorus Daniæ Rex anno millesimo qua-  
dringentesimo quadragesimo quinto uxo-  
rem duxerit Dorotheam Marchionis Bran-  
deburgensis Filiam.

## §. CV.

*Ladislaus, puer adhuc quinquennis Rex  
Hungariæ proclamatus.*

Rege Ladislao in Varnensi clade extin- <sup>Thuros. cap.</sup>  
cto, orta est magna dissensio in Hun- <sup>44. Ep 45.</sup>  
gariæ, & Poloniæ Regnis, propter suc- <sup>Bonfin.</sup>  
cessoris electionem. Ac primo quidem <sup>3. Dec. 7.</sup>  
Hungari, qui nuper Ladislaum puerum! <sup>Dubrav.</sup>  
Alberti, & Elisabethæ Filium post Pa-  
rentis sui obitum repudiaverant, nunc  
cum in eis pristinus erga postremum Re-  
gem suum affectus resuscitaretur, & a-  
lhunde plurium ad hanc coronam adspি-  
rantium ambitionem refrænari vellent,  
juvenem hunc Principem ad regnum re-  
vocarunt, qui, quamvis necdum quintum  
ætatis suæ annum emensus fuisset, ta-  
men maximæ spei, & optimi Regis indi-  
cia præseferebat. Cum vero imbecilliæ-  
tate præpeditus, solus tanto regno admi-  
nistrando impar esset, nec populum, a-

H 4                    quo